

judicis, sive jure actionis, quos omnino vide, quia eleganter loquuntur, *ibid.* à n. 88. cum multis seqq.

Periculum etenim in mora caret lege, legem non admittit, atque legem tribuit, licitum facit quod non est, ac judicem incompetentem, legitimum, multoties alterat non solum præcepta humana, sed etiam divina, atque naturalia, c. sicut de consecr. d. 1. c. licet de feriis. c. discipulos de consecr. dist. 5. c. anni rumore. &c. si nulla necessitas 23. q. 8. c. secund. de observ. jejun. c. quanto de consuetudine, c. quod non est licitum de reg. jur. in 6. l. nomine C. de religio. & sumptib. funer. l. 2. C. de patr. qui filios dist. 1. unica. & ibi gl. expedire. ff. de officio consul. cum multis quæ congestit Tiraquell. de retractu §. 1. gloss. 9. n. 32. & latius §. 26. gloss. 1. n. 18. & seq. & iterum in tract. de panis temper. causa 33. per tot. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 4. gloss. 1. nu. 26. & §. 5. verbo, se il ne à prae. n. 15. & seqq. Cachera. dec. Pedem. 68. n. 28. alios refert Quelada, div. q. 4. n. 3. Petr. Greg. in syntagm. jur. 1. pel. 3. c. 8. n. 4. latè Camill. Gobin. de verb. sign. 10. ex n. 21. Bob. in polit. l. 2. c. 18. n. 318.

Et quod imminens periculum, & instans necessitas, eum non recipiat dilationem, attribuat jurisdictionem etiam non habenti, cum tunc à juris regulis recedatur, probat text. *Auth. defenso. civ. §. and. l. 2. tit. 9. p. 5. Abb. in c. cum non ab homine n. 15. cum seq. & supra de judiciis, & in c. constit. n. 9. de appell. Alex. & Immola in l. 2. ff. de jur. omn. jud. & conf. 62. disertissime Doctor. volum. 4. Suarez in declar. l. 2. fori n. 47. & seqq. post repetitio, l. post rem. ff. de re jud. Bern. Diaz. in reg. 496. Greg. Lop. in d. l. part. gloss. 2. Cachera. in dec. Pedem. 30. n. 14. Tallada de carcere. c. 11. §. 2. n. 2. Cast. à Bobad. in polit. l. 2. c. 21. n. 71 & c. 17. à n. 109. cum seq. & iterum eod. l. 2. c. 18. n. 318.*



CAPUT II.

A sententia reformante alimenta, seu pensio- nem, & assignante congruam beneficiario vel coadjutori dato illiterato, seu imperito Rectori, œconomove; vacanti Eccle- siæ nominato: seu etiam lata pro solu- tione decimarum, mercede famulorum, appellationi emissæ an non deferens vim faciat?

SUMMARIUM.

- 1 Congruis nova assignatione facta per ordinarium Re- ctori beneficii appellationi emissæ non est deferen- dum, quia suspensivo. Concil. Trident. sess. 7. de reformat. c. 5. verba adducuntur ibidem Concl. Trid. loc. sess. 7. c. 7. refertur, *ibid.* Concil. Trid. loc. refertur sess. de reform. c. 2. & sess. 2. c. 4. eadem sess. 2. 5. de reform. c. 2. 5. quibus est cautum, in qualibet congrua portionis assignatione ordina- rium posse appellatione postposita exequi, *ibid.*
- 2 Congrua in assignatione Episcopus procedit secundum conscientiam, & velo levato, semotis omnibus ex- ceptionibus, & per consequens semota appellatione.
- 3 In congrua assignatione tractatur de alimentis præ- standis judicis officio.
- 4 A congrua assignatione, sicut ab alimentorum præ- statione non admittitur suspensiva appellatione.
- 5 Conscientia quando à jure judici est onerata, appella- tio regulariter non suspendit.
- 6 Congrua assignata etiam clerico suspensio à beneficio, non suspenditur per appellationem subsequendam.
- 7 Congrua præstari jubetur per sententiam provisiona- lem, & ideo non suspenditur.
- 8 Subsidiium charitativum impostum pro sui sustentatio- ne pariter non suspenditur per appellationem.

- 9 Ab excessiva congrua assignatione appellationi inter- jecta deferendum non est.
- 10 Ab excessiva fructuum taxatione & liquiditate facta in executivis, an & quando sit licita appella- tio, remissive.
- 11 Alimentario seu portionario exigenti annuatim ali- menta, aut portionē ab antiquo legitime constitutam, si mora litis super reformatione, quia puta, vel aucta est res, super qua portio est constituta, vel alia bona quesivit alimentarius, quibus casibus potest agi ad re- formationem portionis & alimentorum, remissive.
- 12 A sententia super reformatione portionis, seu alimen- torum sive contra actorem, sive contra alimentarium lata, licita est appellatio quoad utrumque effectum.
- 13 Alimentorum reformatio idem in effectu est, ac si sen- tentia lata fuerit contra alimenta petentem, cui ab hac negativa permittatur appellare quoad utrumq; effectum. In favorem congrua aut alimentorum assignatione, in- ductum est privilegium, & ratio prohibendi appella- tionem suspensivam, *ibid.*
- 14 In favorem alimentarii quod est introductum, non debet in ejus damnum retorqueri. Ratio prohibendi appellationem cum cesset, debet cessa- re ipsa provisio. *ibid.*
- 15 Appellationis prohibitio in alicujus inducta favorem debet intelligi, si in favorem ejus lata sit sententia, secus si contra.
- 16 Appellatio quamvis sit prohibita in remedio l. fin. C. de edict. D. ADR. tamen permittitur quando sententia fertur contra actorem. Sententia contra alimentarium lata si exequeretur, fo- ret dare privilegium, cui jus negat, *ibid.*
- 17 Appellatio permittitur quoad utrumq; effectum à sen- tentia, qua declaratur non esse reformandam, nec mi- nuendam portionē, seu alimenta jam antea constituta. Appellatio permittitur à sententia denegante congrua sue alimentorum reformationem, si alimentarius est in quasi possessione percipiendi, illi non officit, quia li- te & appellatione pendente privari non debet sua possessione, *ibid.*
- 18 Continuans suam possessionem lite & appellatione pendente non attentat.
- 19 Pensionario existente in quasi possessione exigendi pen- sionem late sententia super reformatione pensionis, aut nullitate ipsius non exequitur prima sententia, nec ipse interim impeditur sua uti quasi possessione, imò tunc rescribitur cum clausula, sine retardatio- ne solutionis pensionis.
- 20 A sententia reformante pensionem ab antiquo consti- tutam super beneficio, ex quibus causis, & quando admittat appellationem suspensivam.
- 21 Reprobatur Cevallos opinio.
- 22 Congrua ex antiquo constituta quando per Rectorem agitur ad augmentum, ex quo incidenter tractatur de pensionis reformatione, appellationi ab augmento congrua, & incidenter à diminutione pensionis non est deferendum.
- 23 Alimentorum privilegium non admittenda appella- tionis suspensiva procedit, non solum quando sen- tentia lata est pro omnibus alimentis præstandis, sed etiam pro aliqua parte ipsorum.
- 24 Augmentum regulatur secundum naturam principa- lis, cui augetur.
- 25 Appellari si non potest à sententia lata ex jurisdic- tione ordinaria, pariter nec poterit appellari à senten- tia lata ex jurisdictione prorogata.
- 26 Appellari si non potest ab aliduo propter dignitatem persone vel alias, pariter nec poterit appellari si procedat ex jurisdictione prorogata.
- 27 Jurisdic- tio prorogata & augmentata non est diversa à prima, sed ex eadē extēsa, & de utraq; est judicium. Con-

- 29 Congrua & alimentorum augmentum ubi concurrat in eadem sententia cum pensionis diminutione quoad appellationis prohibitionem diverse sunt qualitates, & quæ prævalet.
- 30 Sententia quamvis sit stricti juris, tamen ex vi at- tractiva continens unum trahitur ad aliud, sine quo illud unū super quo lata est, non potest sortiri effectū. Quod procedit etiam in libello, *ibid.*
- 31 Sententia lata super congrua augmento causative & in- cidenter præjudicat pensionario super diminutione pen- sionis, cum principaliter agatur de congrua augmento. Attenditur semper, quod principaliter agitur, *ibid.* Congrua augmentum cum sit causa diminutionis pen- sionis, illius naturam attendere debemus, *ibid.*
- 32 Jus potentius operatur in causa, quam in causato.
- 33 Qualitates contrarie quando in eadem sententia con- currunt alia permissiva, alia verò prohibitive appella- tionis, accessoria cedit nature principalis.
- 34 Qualitates contrarie concurrentes in sententia circa unum inseparabile æque principaliter tamen, qualita- tes prohibitive appellationis prævalet.
- 35 Congrua augmentum & pensionis concurrunt circa unum & idem indissolubile. A pensionis diminutione non potest admitti appellatio, suspensiva, quin eundem effectum causet in augmen- to congrua contra ejus privilegium, *ibid.*
- 36 Flores de Mena inconstancia in hac questione refertur.
- 37 Pensionis ad reformationem quando agitur ex causa agende congrue, non agitur jure actionis, sed officio judicis contra Flores de Mena.
- 38 Clausula Bulle (dummodo remaneant centum pro Re- ctore) ad corroborationem juris Rectori competentis est apposita; non ut illud innovetur.
- 39 Alimentorum augmenti sententia multo fortius exclu- dit appellationem suspensivam.
- 40 Alimentarius quamvis consenserit taxationi alimen- torum facta per rem judicatam, semper poterit petere augmentum si reditus decreverint, vel alia justa causa.
- 41 Congrua petitio non habet locum in beneficiis simplici- bus, sed in curam animarum habentibus dumtaxat.
- 42 Rectori impedito perpetuo, seu etiam imperito, atque illiterato, ordinarius potest dare coadjutorem tempo- ralem non perpetuum, nec cum futura successione. Rector inutilis effectus, atque senio impeditus, non est privandus suo beneficio, *ibid.*
- 43 Coadjutori Rectoris impediti assignanda est certa con- grua pro victu de fructibus beneficii.
- 44 Intellectus ad text. in c. tua nos, de clerico agrotan. Ministr. traditur.
- 45 Coadjutor potest dari Parocho exempto propter identi- tatem rationis.
- 46 Parochus cui ex impedimento vel imperitia datur coadjutor, non excusatur à residentia.
- 47 Trident. sess. 21. de reformat. cap. 6. verba recen- sentur.
- 48 Coadjutoris deputatio, etiam facta judicialiter, non suspenditur per appellationem subsequendam.
- 49 Quod intelligitur quoad effectum suspensivum, quo dumtaxat caret hac appellatio, non tamen devo- lutivum.
- 50 Impediti & imperiti à jure æquiparantur, cum ex utroque oriatur impedimentum officii exercitio. Illiterati quales dicantur, *ibid.* remissive. Coadjutoris temporalis de materia, qui sint vidēdi, *ibid.*
- 51 A congrua assignata œconomove & Vicario Ecclesie va- canti deputato an suspendatur per appellationem subsequendam. Text. in c. cum vos, de off. ordinarii expenditur, *ibid.*
- 52 Oeconomus an assignandus ab Episcopo durante lite inter patronos vel in totum queat beneficium provi- dere, remissive.
- 53 Vicarium idoneum potest Episcopus constituere Eccle- siæ Salgado de Protect. Reg.

- 54 Congrua Vicario assignanda est ex fructibus ejusdem beneficii, aliis tamen reservatis successoribus.
- 55 Vicarius Ecclesie vacanti constitui non potest is qui in concursu, ut magis idoneus electus est ad idem be- neficium, donec facta collatione nanciscatur posses- sionem. Quod procedit etiam in aliis beneficiis quibusvis, *ibid.*
- 56 Oeconomi deputatio, sicut & ejus congrua assignatio non impeditur per appellationem sequentem. Tridentini verba ponderantur in d. c. 18. sess. 14. de re- format. *ibid.* & Ecclesie vacanti deputatus Vicari- us etiam appell. pendente, non admoendus donec de Rectoro provideatur, *ibid.*
- 57 Congrua quantitas Vicario assignanda relinquatur Episcopi arbitrio, quod hodie limitatum est ex Bulla Pii V.
- 58 Congrua Vicarii temporalis quæ sit per Congregatio- nem Cardinalium arbitrata.
- 59 Vicario dato Ecclesie vacanti non sunt assignandi omnes fructus beneficii, & quid si omnes sint ne- cessarii ad congruam portionem.
- 60 Congrua Parochis non potest esse minor centū ducatis.
- 61 Vicarius ad nutum amobilis, non potest removeri ante finitum anni servitium.
- 62 Officiales ad nutum amobiles, non possunt absque causa amoveri.
- 63 Decimarum condemnatio an recipiat appellationem suspensivam.
- 64 A decimis ad tributa valet argumentum, quia illas reservavit Deus in signum universalis dominii.
- 65 Decimarum executio sit appellatione non obstante.
- 66 Decimis jus assistit, & debitum est evidens, & ideo habent executionem paratam.
- 67 Decima, cum clericis assignentur pro alimentis, dila- tionem non patiuntur.
- 68 Decimarum solutionis tarditas continet peccatum.
- 69 Divini culius aut anima favor non recipiunt appella- tionem, & excusant ab attentatis.
- 70 Tributa & vectigalia Principi debita cur non sus- pendantur per appellationem. Multo minus debent suspendi decima cum sint tributa anime debita Principi caelesti, *ibid.*
- 71 Decima cum proveniat à jure divino, dicitur cibus domus Domini.
- 72 In decimis cum agatur de materia concernente ani- mam potest Judex Ecclesiasticus incipere à præcepto de solvendo, & monitorio. Monitorium pro solutione decimarum resolvitur in simplicem, *ibid.*
- 73 In decimarum causis commissis super appellatione non rescribitur nisi cum clausula (sine retardatione so- lutionis decimarum.)
- 74 Consuetudo seu præscriptio non est legitima causa ad im- pediendam solutionem pensionis appellatione pendente.
- 75 Exemptionem habitam à Papa, aut legitimam com- positionem allegans, si super illa non audiat in causis decimarum, potest licite appellare.
- 76 Exemptio tributorū permittit appellationem suspensivam.
- 77 Sententia inter duas Ecclesias contententes super ju- re decimandi appellationem. Et etiam quando collector decimarum excedit modum, quia datur appellatio, *ibid.*
- 78 Salarii famulorum sententia non suspenditur per ap- pellationem à condemnatione emissam, quia res non patitur dilationem.
- 79 Salarii & mercedis famulorum causa summarie tra- ctatur, atque etiam appellatio à sententia salarii & mercedis non retardat executionem.
- 80 Salarium Advocatorum, Procuratorum, & sollicita- torum an recipiat appellationem suspensivam.

- 81 Sententia lata pro solutione salarii, & mercedis famulorum, tunc meretur executionem non obstantem appellatione si petatur a paupere, secus si a divite.
- 82 A taxatione mercedis non datur appellatio suspensiva sicut nec a sententia alimentorum prestandorum.
- 83 Qualitas divitiarum & paupertatis in causa mercedis quoad admittendam vel rejiciendam appellationem attendenda est.
- 84 In famulorum salario, & mercede operarii non attenditur qualitas divitiarum, aut paupertatis, sed indistincte non admittitur appellatio.
- 85 Paupertas uti qualitas naturalis in famulis & operariis sumitur, qui ut plurimum necessitate coacti, serviunt.
- 86 Qualitas divitiarum & paupertatis in causa mercedis quoad admittendam vel rejiciendam appellationem attendenda est. Signatura iustitiae solet rescribere cum clausula (sine prejudicio legitima executionis, &c.) in causa mercedis promissa, vel inter eum qui solet operas suas locare, & eum qui solet conducere. n. 87. secus e converso, ibid.
- 88 Si tamen signatura videat iudicem a quo excessisse in taxatione mercedis non contenta, solet pro parte admittente executionem, pro parte vero deferre appellationem.
- 89 Pro mercede conventus si opponat, potest esse divitem, ac constat, cessabit privilegium appellationis, imo admittitur quoad utrumque effectum.
- 90 Mandos & Flores de Mena reprehenduntur abutente iuridico loquendi modo, dicentisque, in causa salarii, & mercedis procedi summarie & executivae. Probatio nulla quantumque liquidissima executionem habet, ibid.
- 91 Causa est summaria, ergo est executiva, non est validum argumentum: a contrario autem bene procedit, est executiva, ergo summaria.
- 92 Causa non ex eo quod agitur summarie, & ex aliqua juris ratione sententia exequatur, & non recipiat appellationem, dicitur executiva.
- 93 Salarii materia remissiva.
- 94 Salarium petitur in iudicio, ubi lis mota fuit, & etiam in foro Ecclesiastico, quo laicus potest compelli pro salario litis ibi tractatae.

UT perfectius rem quam ago cognoscamus, illud est primitus supponendum: quod nulla vis fiet, si a nova assignatione congruae, & alimentorum, quam ordinarius facit rectori beneficii minime fuisset appellationi interpositae delatum. Enimvero isthac a iure minus legitima reputatur, saltem quoad effectum suspensivum, pluries decrevit Sacrum Concilium Trident. sessione 7. de reformat. cap. 5. ibi, Addens insuper, quod si ipsi ordinarii etiam per idoneorum Viciorum deputationem, & congruae portionis fructuum assignationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipsa debitis obsequiis minime defraudentur, appellationibus, privilegiis, exemptionibus quibuscumque, etiam cum iudicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus in praemissis minime suffragantibus, &c. & eadem sess. 7. cap. 7. ibi, Ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos, nisi ipsis ordinariis pro bono Ecclesiae regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiae partis fructuum, aut majori vel minori arbitrio ipsorum ordinariorum portione, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura utiliter exerceatur appellationibus, privilegiis, exemptionibus, & cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscumque in praemissis minime suffragantibus, &c. & eadem sess. 6. de reformat. cap. 2. & sess. 25. cap. 4. & eadem sess. 25. de reformat. cap. 25. de quibus omnibus istud est cautum, ut in qualibet alimentorum, & congruae portionis deputatione ordinariis appellatione remota procedat. Quod confirmavit, & declaravit etiam Pius V. in Bulla 16. inter motus proprios fol. 558. de-

clarat insuper Fr. Manuel Rodriguez in quest. reg. tom. 1. n. 26. art. 2. fol. 346. Navarr. cons. 7. tit. de praebend. Cuch. lib. 2. inst. majorum tit. 13. nu. 3. de qua congruae assignatione vide multa per Camp. diver. rub. 7. c. 6. a nu. 116. Quae doctrina & iure communi comprobatur, ex text. in clem. 1. de iure patronatus disponens, quod Episcopus in assignatione congruae debeat procedere secundum conscientiam, & velo levato, semotis omnibus exceptionibus, & allegationibus, & per consequens semota appellatione iuxta ea, quae copiose dixi 2. par. c. 8. a nu. 104. cum seqq. quem text. ultra glossam & repetentes ibi late & eleganter ad hoc declarant Lamber. in tract. de iure patr. p. 3. lib. 2. q. 10. art. 9. & 10. cum seqq. Rebuff. in tract. de congrua portione, quest. 4. per totam Flores de Mena in pract. qq. q. 14. num. 2. lib. 1. quod confirmatur, tum quia tractatur de alimentis iudicis officio debitis, a quorum praestantione appellationem interpositam non suspendere longam seriem supra cap. 1. fecimus. Ut idem sit in causa congruae, quae alimentis equiparatur Guig. de pensio. q. 95. & not. Doctores in d. cl. & Rebuff. in d. tract. de congrua port. & de sententia provisionum. n. 137. & ex Flores de Mena supra n. 4. ad fin. tum etiam, quia ubi a iure iudicis est onerata conscientia, appellatio regulariter non suspendit, ut per glossam in d. cle. 1. verb. oneramus, admodum in iure laudata, & ut singularem pluries commendatam, firmiter Jacob. Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. q. 8. n. 40. & idem cum Covar. & infinitis aliis etiam defendit, in d. tract. de arbit. lib. 1. q. 7. per tot. & cum Philippo Franch. & aliis eam sequitur Lancelot. Robert. de arbit. 2. part. cap. 12. limit. 10. per totam, & nos Deo dante hac part. 3. cap. 13. a n. 36. & seqq. & 2. p. c. 8. num. 122. Quod pertinet congrua, seu alimenta praestanda clerico suspenso a beneficio quia pariter a sententia, super illis lata, non admittit appellationem suspensivam, Rebuff. in tract. de sentent. provis. in prefat. n. 100. Scaccia de appell. q. 17. lim. 7. nu. 7. fol. 422. illud ex eo comprobatur, quoniam praestari iubetur per executionem provisionalem, sed ab iis quae per sententiam provisionalem expediuntur, non datur appellatio suspensiva, ut ipsimet Doctores ibi probant, & iterum idem Rebuff. ibi sub n. 12. vers. sed ob id & n. 20. q. 2. to. 1. fol. 225. & 226. & idem Rebuff. in tract. de sentent. execut. artio. ult. gl. 1. num. 12. in fin. casu 6. tom. 1. fol. 429. sequitur Scaccia ubi proxime d. lim. 7. n. 3. Quod & idem dicimus de charitativo subsidio imposito per Episcopum pro suis alimentis, & sustentatione. Guigas de pensio. q. 95. nu. 4. Scaccia ubi proxime nu. 6. Ruginel. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. n. 278. Quam conclusionem & ad illud insuper extendi, receptissimum est quod quando in huiusmodi nova portionis congruae assignatione aliquis de excessu conqueratur, & ab ista excessiva taxatione appellatio profuerit, ei ordinarius non deferens minime vim faciet, quae executioni impedimentum non est, cum suspensivo careat, ut probat celebris glossa in d. clem. 1. verbo oneramus, quam sequuntur ibi Cardinal. Anchar. & alii Lamberti. ubi proxime art. 13. Flores de Mena d. q. 4. num. 3. & nos huius glossae & Doctorum immemores eam sic resolvimus, disputantes contra Avendan. loquendo in alimentis, quod idem est, ac in congrua, & fundamenta ibi apposta validissima sunt, supra cap. 11. num. 50. & an & quando hac excessiva liquidatione in executivis sit licita appellatio, late & accurate dicemus infra 4. part. c. 10. Quando autem super portione, & alimentis antea, & ab antiquo legitime constitutis, & huiusmodi constitutionis, & assignationis virtute seu alimentarius, seu portionarius alimenta annuatim, puta, percipit, controversia oritur; duo sunt nobis casus distinguendi, ad quos Doctores non attendunt, cum sit inter

eos longum grandeque discrimen, sed promiscue utriusque doctrinae utuntur, confundentes quidem resolutionem veram. Et primus sit, quando agitur de reformanda, & diminuenda huiusmodi congrua, & alimentis legitime constitutis: aut agitur de augenda portione, & alimentis jam semel deputatis, tanquam insufficientibus. Declarabo. Primo igitur casu quando lis movetur portionario vel alimentario super reformanda, & moderanda portione, quae praetenditur excessiva & alicuius causae motu, puta quia fructus rei sibi assignatae, iuxta d. cap. 7. sess. 7. ibi, super certa re, &c. & Lambert. sup. art. 24. creverunt, & sunt aucti, vel quia alimentarius aliunde bona noviter acquisivit, vel ob alias juris causas (quod utroque casu, & causa posse fieri alimentorum moderationem, diximus supra c. 1. late infra 4. p. c. 7. vers. ex quo fonte fluit, quod licet pater, num. 88. ubi plures Doctores ad id citavimus) an a sententia lata in huiusmodi iudicio appellationi non deferens, vim faciat. In quo articulo affirmativè resolutio; scilicet vim fieri, enimvero huiusmodi appellatio hac in causa reputari debet legitima; sive contra alimentarium, sive contra ipsum, qui reformationem postulat, sententia lata sit, secundum quod intelligendus Cevallos in contra commun. in epistola ad Regem nu. 92. in propositum allegat Sese de inhib. just. Aragon. c. 6. §. 2. n. 8. & allegat Flores de Mena d. q. 14. n. 5. qui quidem id non dicit, sed solum loquitur in alio casu, secundo puta; quando agitur de augenda portione, non de diminuenda, ut mox videbimus, inter quae magnam dissimilitudinem reperies. Hanc tamen doctrinam veram esse constat, nam si contra alimentarium feratur sententia continens portionis moderationem, ei ab ea iustissime permittitur appellatio suspensiva, cum in causa alimentarium contra ipsum lata est sententia, nam privilegium (a iure, iustissimis & efficacibus rationibus inductum) non tardanda executionis sententiae semper congrua, & alimentis procedit, quando in ipsa sententia praestari iubetur, & assignatur, ita ut in ejus sit favorem duntaxat introductum, quia tunc viget ratio, propter quam prohibita est appellatio, ne scilicet fame pereat, &c. ut est videre ex his quae longa serie firmavimus hoc in cap. praesenti, & praecedenti, ac propterea quando contra illum, congruam, & alimenta petentem, lata est: potest licite ab ea appellare quoad utrumque effectum, aliàs quod est in ejus favorem inductum, retorqueretur in odium, contra text. in l. quod favore C. de legib. & cum cesset ratio, cessare debet etiam dispositio, ut in proposito dicit Bald. novel. in tract. de dolo speciali 6. in fin. Angel. in l. fin. de appell. recip. Surdus de aliment. tit. 8. privileg. 60. n. 250. cum seqq. & diximus supra c. 1. quod est generale verum in omnibus casibus, quibus in favorem alicujus inducta est appellationis prohibitio, ut intelligatur, quando pro eo lata est sententia, non tamen quando contra, ut docuit idem Angel. in l. quisquis Cod. quorum appell. non recip. dicens; quod etsi non appelletur a sententia lata in iudicio l. fin. C. de edicto D. Adu. tamen fallit, quando iudex pronuntiat contra actorem, puta; non esse mittendum, ut tunc promittatur appellatio ei. Et inquit Jacobin. ibi n. 10. hoc esse studendum & elegans dictum, & se quoque obtinuisse in practica. Idem voluit Zuchar. ibi nu. 443. Tiraquel. in tractatu le mort suisu p. 6. declaratione 6. n. 3. Duena in regul. 44. in prima fallen. Casar. Contard. in repetitione l. uni. C. si de molen. poss. fuer. appell. in 1. lim. & in lim. 17. num. 4. Menoch. in tract. de adipis. poss. rem. 4. n. 876. quo casu si appellatio esset prohibita, foret contra privilegium alimentorum, fuissetque exequi sententiam ad favorem negantis illa, huiusmodi privilegio carentis, de quo exactè infra cap. 4. a principio, ubi quamplures doctrinas reperies in comprobationem. Si autem in huiusmodi iudicio reformationis por-

tionis, & alimentorum constitutorum jam in favorem congruarii, & alimentarii fertur sententia, qua locum non esse reductioni, & diminutioni, declaratur; pariter adversario permittenda appellatio ab ea quoad utrumque effectum, nec ista appellatio obest, nec obesse potest congruario, nam cum jam ante litem motam, & ab antiquo sibi essent constituta alimenta, in quorum perceptionis possessione est annuatim vel datim, eademmet licet & appellatione pendentes potiri licet; nec est interim ejus commodo, & fructibus privandus, text. in l. 1. ff. nihil novari appel. pen. ibi, integer enim status esse videtur provocatione interposita; c. 1. ut lite pendente l. sciendum §. penult. ff. qui satisfacere cogant. gloss. in l. Imperatoris, §. fin. verb. adversario, ff. de appell. Card. in cl. 2. 2. oppositione, ut lite pendente. Rom. consil. 37. visò puncto, in fi. Decius in consil. 97. in casu, & consil. 103. causa in princilib. 1. Lancel. de arbit. 2. p. c. 4. de arbit. licite pendente. nu. 15. quia continuans suam possessionem lite; & appellatione pendente, non dicitur attentare; Rota decis. 10. alias 89. nota quod ubi, de appell. in antiq. nec tunc ea quis est privandas, Rota decis. 24. alias 615. nota quod licet, de dolo in antiq. Parisius consil. 38. n. 3. lib. 1. & consil. 106. n. 4. & 5. vol. 4. & consil. 39. n. 2. & consil. 105. n. 2. vol. 1. Mandos. super regul. de subrog. quest. 8. n. 4. & in tract. de inhib. just. q. 33. in cujus doctrinae comprobationem multa specialia exempla adducit Lancelot. de arbit. 2. p. c. 12. limit. 26. quapropter cum congruarius continuans suam possessionem fruatur suis antea designantis alimentis, cessat ratio periculi, & famis; quibus evidenter apparet a sententia lata in iudicio reformationis, & moderationis alimentorum, & congruae jam constitutae contra quemlibet litigantium prolata, appellationi interpositae, nisi iudex deferat, violentiam manifestam committere. Et quando pensionarius est in quasi possessione, si super reformatione, aut nullitate, & extinctione ipsius; etiam contra illum lata sit sententia prima, non impeditur possessio illa uti posse, & pensionem exigere, adeo ut tunc rescribitur eum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) quia expectantur tres sententiae conformes ad hoc; ut ille non possit pensionem exigere, late post alios Marefcot. variar. resol. lib. 1. c. 21. num. 6. Staphileus de liter. just. §. imprimis num. 84. Guigas de pensio. quest. 35. num. 9. Covar. variar. resolur. lib. 2. cap. 1. num. 9. in fin. Castiador. decis. 10. num. 8. de script. Aguid. decis. 41. & decis. 225. Castiador. dec. 8. nu. 5. de rescript. Puteus decis. 426. num. 2. lib. 2. Optime Rota decis. 43. p. 2. diversor. & fuisse resolutum per Rotam in una Navarien. decimarum 11. Decembris 1573. coram Blancheto, & in una Brixien. pensionis 15. Martii 1599. coram Penia testatur Marefcot. cap. 22. nu. 7. plurimos Doctores citat, & bene prosequitur Marquesa. de commissio. 4. part. c. 14. el. 2. a num. 51. & supra a num. 42. Pariformiter, & idem etiam ex eisdem rationibus, erit determinandum in sententia lata super reformatione alicujus pensionis jam ex antiquo constitutae super beneficio, sive fuerit reservata pro alimentis, sive quia resignavit quis beneficium, secundum quae dicit Guigas de pen. quest. 95. num. 2. & 3. & sic quando ad reformationem actum est, ex eo, quod fructus ad minorem quantitatem sunt redacti, vel ob alias juris causas, contra quemlibet lata sententia, ab ea erit concedenda appellationis delatio, ut in terminis tradit Guigas d. q. 95. sub num. 6. maxime, quia tunc agitur via ordinaria Cevallos in contra commun. in epist. n. 922. ubi ad id allegat Sese de inhib. just. Aragon. c. 6. §. 1. n. 8. dicentem hanc esse causam violentiae, ut ipse advertit quod tamen intelligo, quando principaliter est actum ad pensionis reformationem ex dicta ratione, seu alia qualibet: non tamen quia rectoris portio & congrua est insufficientis, ut statim declarabo.